


EPISTULA LEONINA

CLXXXIV

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CLXXXIII** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGIAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM OCTOGESIMAM QUARTAM (184) !

ARGUMENTA

RES SEVERA VERUM GAUDIUM.....	03
FABELLA GRIMMIANA <i>Hans heiratet</i>.....	04-05
ANNUNTIATIO LIBRI: <i>Das goldene Pentagramm (Wender)</i>.....	06-07
VOCABULA ARTIUM FABRILIUM (II).....	08-11

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

nunc tibi offero Epistulam Leoninam centesimam octogesimam quartam (184). De hac Epistulâ tibi missâ maximê gaudeo, et bene spero tibi quoque eandem gaudio fore!

Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege fruere!

Medullitus Te salutat

Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Dominicâ, 16. m.Dec., a.2018**



RES SEVERA VERUM GAUDIUM

SENECA, Epistulae morales ad Lucilium III 23,4 Mihi crede, **verum gaudium res severa est**. An tu existimas quemquam soluto vultu et, ut isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere, paupertati domum aperire, voluptates tenere sub freno, meditari dolorum patientiam? Haec qui apud se versat in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudii possessione esse te volo: numquam deficiet, cum semel unde petatur inveneris.

https://www.jstor.org/stable/41122857?seq=1#page_scan_tab_contents cfr. „Res severa verum gaudium“: Über den **Wahlspruch des Gewandhauses in Leipzig**. Wilhelm Seidel *Die Musikforschung* 50. Jahrg., H. 1 (Januar–März 1997), pp. 1-9

FABELLA GRIMMIANA

Iohannem mulierem in matrimonium ducere

Aliquando fuit iuvenis agricola, cui nomen fuit Iohannes, cuique consobrinus voluit petere mulierem divitem in matrimonium ducendam. Deinde îdem Iohannem collocavit post fornacem et curavit, ut is calefieret. Tum consobrinus attulit ollam lactis et bonam copiam panis triticei, Iohannis manus indidit denarium Hallensem fulgentem recenter cusum et: »Audi, Iohannes« inquit, »hunc denarium firmê teneas, et panem triticeum in lac interas, et sedens remaneas neve a loco abscedas, dum revertar.« Iohannes: »Faciam« inquit, »ut haec omnia observem.« Nunc petitor nuptiarum induit veteres bracas laciniatas¹ et iit in alium vicum, ad filiam agricolae divitis illamque rogavit: »Nonne vis nubere Iohanni consobрино meo? Accipies maritum fortem atque prudentem, qui tibi placebit«. Deinde pater puellae avarus interrogavit: »Quid de eius opibus? Habetne etiam aliquid, quod interat?² Tum petitor respondit: »Care amice, iuvenis consobrinus meus sedet bene calefactus, habetque reculam sat copiosam, satque multum, quod interat, necnon pauciores possidet lacinias³ (qualia vocabantur bona agrestia) quam ego« et haec dicens manibus impulit bracas suas laciniatas. »Si operam dederis, ut mecum illuc eas, statim tibi apparebit omnia sic se habere, ut dico.« Tum parcepromus⁴ noluit bonam occasiunculam omittere et: »Si res« inquit, »sic se habet, nuptias recusare non pergam.« Nunc nuptiae certo die sunt celebratae, et mulier iuvenis cum in agros ire vellet, ut spectaret bona viri sponsi, Iohannes primo veste dominicâ exutâ et cottâ⁵ laciniatâ indutâ : »Ne maculem« inquit, »vestem bonam«. Deinde unâ in agrum ierunt, et ubicumque in viâ apparebant aut vitis aut agri et prata inter se divisa, Iohannes digito monstrabat et impellebat aut magnam aut parvam laciniam cottae suae et dixit: »ista lacinia est mea necnon illa, mi corculum, specta istuc,« iisdemque verbis dicere volens, sponsa sua, ne inhiaret spectans in campum longinquum, sed spectet in cottam suam, quam ipse possideret.

¹ brācae laciniātae orig. *verplackte Hosen*.

² Habetne etiam aliquid, quod interat? orig. *Hat er auch was einzubrocken?*

³ laciniae, -ārum f.pl. orig. *Placken*.

⁴ parcepromus, -ī m. orig. *Geizhals*. PLAUT.Truc.183.

⁵ +cottā, -ae f. orig. *Kittel*.

›Nonne particeps fuisti nuptiarum?, ›Certê particeps fui, idque ornatu pleno. Comptus meus fuit niveus, deinde vênit sol, ut comptus liquesceret; vestis mea e telâ araneae erat confecta, tum ii per spinas, ut vestis mihi abriperetur; calcei mei domestici erant vitreae, tum pede ad lapidem offenso dixerunt *clinc!* et sunt diffractae.‹



FABELLAM GRIMMIANAM

C.T. »*Hans heiratet*«

IN LATINUM CONVERTIT



LEO LATINUS

**ANNUNTIATIO LIBRI: Pentagramma aureum
Fabula romanica quam theodisce scripsit *Petrus Wender*.**

Das goldene Pentagramm

Fabula romanica quam scripsit *Peter Wender*. Qui liber editus est in domo editoriâ, quae appellatur August von Goethe Literaturverlag. Frankfurt am Main d.26. m.Iun. a.2018.

<https://www.amazon.de/Das-goldene-Pentagramm-Peter-Wender/dp/3837221245>

Dr. Caius (*Kai*) *Stern* astrophysicus, cum in quodam museo telescopium perquirat, invenit librum ominosum. Qui liber inscriptus est nomine *Pythagorae* necnon plenus est aenigmatum nuntiorumque signis secretis occultatorum. Quidam vir Pythagorae peritus a Caio rogatus, quidnam istaec valeant, eidem suadet, ut librum quam celerrimê deleat. Nam Caius est in periculo: sodalitas quaedam secreta cupit accipere librum pythagoreum. *Silvius* (*Silvio*), vir Italus rufis capillis instructus, qui istius sodalitatis particeps est, Caium persequitur. Is autem intrepidê iter facit in urbes Carnotenam francogallicam (*Chartres*) necnon Ulmam germanicam (*Ulm*), ut earum ecclesias cathedrales inspectans solvat aenigmata geometriae mirê intricatae. At res etiam etiamque fit periculosior: Caius in carcerem inicitur, incommodum patitur mysteriale. *Sarah* eius amica violenter abducitur. Denique Caius praecepta arcana a se laboriosê cognita secutus pervenit Sorrentum (*Sorrento*) in urbem Italiae, ubi invenit tria vestigia praecipua: saxum capiti leonino simile et symbolum pentagrammatis et antrum mysteriale. Num Pythagoras Caio monstravit viam, qua inveniret rem desideratissimam?

Hoc iter mirabile, quod facit Caius Stern astrophysicus, non solum fit Ulmam et Carnotenam, non solum in Francogalliam, Aegyptum, Italiam, sed etiam per disciplinas scientificas multiplices et doctê et delectabiliter explicatas – quae sunt cosmologia, astrologia, physica, mathesis, architectura mediaevalis, litteratura classica (*Faustus Goetheanus*), musica (*Tibia magica Mozartiana*), necnon philosophia (*Stoici, Epictetus, Schopenhauer*). In hîc itinere describendo *Petrus Wender* lectori suo non solum enarrat argumentum, quod habet magnam expectationem, sed eidem attentissimo etiam largê effundit cornu copiae eruditionis suae uberrimum.

In fine Caius astronomus tirocinium cultûs mysteriorum per tres gradûs cum absolverit, sapientiâ animaeque maturitate feliciter est exauctus; lector autem *Pentagrammate aureo* perlustrato mirabiliter evadit et doctus et delectatus.

DE PENTAGRAMMATE AUREO
(Das goldene Pentagramm)

FABULA ROMANICA

QUAM SCRIPSIT

PETER WENDER

RETTULIT



LEO LATINUS

VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (IX)¹

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:

PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebeamus partem primam, quae spectat ad astronomiam.

Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM – IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI. NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII. DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII. COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII. TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV. SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas primam partem huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß

LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

¹ cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII).

ARTĒS FABRĪLĒS (II): Ars acu texendī et pingendī

Theodiscê	Anglicê	Franco-gallicê	Hispanicê	Italicê	Latinê
p.456 Strickmaschine	knitting machine	machine à tricoter	máquina tricotar	macchina da maglieria	māchina acū texendī
Nadelbett und Schlitten	needle bed and carriages	fonture et chariots	máquinas de tejer	frontura e carrelli	lectus acuārius et carrulus
Führungsschiene	slide-bar	glissière	barra deslizable	asta di guida	rēgula *ductōria
Zubehörfach	accessory box	boîte d'accessoires	caja de accesorios	scatola degli accessori	capsa *accessōriālis
Nadelbettrille	needle bed groove	rainure	placa de agujas	scanalatura della frontura	sulcus lectī acuāriī
Hauptschlitten	main carriage	chariot	carro principal deslizando	carrello principale	carrulus prīncipālis
Reihenzähler	row counter	compte-rangs	contador de pasadas	contarighe	*numerāculum ōrdinum
Spannungseinsteller	tension dial	cadran de tension	regulador de tensión	regolatore di tensione	*rēgulāmentum tēnsiōnis
Schiebegriff	carriage handle	poignée de chariot	empuñadura del carro	maniglia del carrello	manubrium carrulī
Reihenanzeige	row number display	affichage du numéro de rang	pantalla del contador de pasadas	display del numero delle righe	*othonidium numerī ōrdinum
Strickmuster-speicherung	stitch pattern memory	mémoire des patrons	memoria de tipos de puntos	memoria dei motivi	conditōrium speciminum acū texendī
Sonderfunktionstasten	variation keys	touches de variation	teclas de selección	tasti di variazione	plēctra variātiōnis
Korrekturtaste	correction key	touche de correction	tecla correctora	tasto di correzione	plēctrum corrigendī
Starttaste für Strickmuster	pattern start key	commencement du patron	puesta en marcha	pulsante di inizio del motivo	plēctrum speciminis initiāle
Farbanzeige	colour display	affichage de la couleur	display a colores	display dei colori	*othonidium colōris
Schlitten-einstellung	carriage control dial	commande du chariot	mando de control de carro	regolatore di comando di carrello	*rēgulāmentum carrulī
Strickarttasten	stitch control buttons	bouton de contrôle du point	teclas conmutadoras de punto	tasti di impostazione dei punti	*mūtāmina pūnciōnis
Garnführer	yarn feeder	noix	pasahilos	noce	*filiductus, -ūs m.
Webmuster-einstellung	weaving pattern lever	levier de tissage	palanca conmutadora de puntos	levetta dello spazzolino	vectculus speciminis textōriī
Bürstchen für Webeffekt	weaving pattern brush	brosse de tissage	cepillo de tejido	spazzolino di tessitura	pēniculus textūrae
Strickabstreiferknopf	arm nut	bouton d'assemblage	seguro del brazo	dado del braccio	+botō bracchiī
Strickabstreifer	arm	chariot avant	brazo	braccio	bracchium, -iī n.
Schiene	rail	rail	guía	guida	rēgula, -ae f.
Lochschlitten	lace carriage	chariot à dentelle	carro de encaje	carrello per merletti	carrulus denticulātus

Nadelbett	needle bed	fonture	fontura	frontura	lectus acuārius
Zungennadel	latch needle	aiguille à clapet	aguja con lenguëta	ago a linguëta	acus *ligulāta
Haken	hook	crochet	gancho	gancio	uncus, -ī m.
Schaft	shank	tige	vástago	gambo	scāpus, -ī m.
Nadelfuß	butt	talon	talón de la aguja	tallone	calx, calcis f.
p.457 Spann- einrichtung	tension block	bloc-tension	sistema de tensión	blocco di tensione	systema tēnsiōnis
Garnspannungs- einheit	yarn tension unit	porte-tension	barra tensora	unita di tensione del filo	ūnitās tēnsiōnis filī
Spannfeder	tension spring	pêcheur	resorte del tensor	molla di tensione	ēlatēr tēnsiōnis
Spannscheibe	tension disc	disque de tension	disco de tensión	disco di tensione	discus tēnsiōnis
Spannungs- einsteller	tension dial	bouton de tension	regulador de tensión	regolatore di tensione	rēgulāmentum tēnsiōnis
Garnstange	yarn rod	support de tension	varilla	asta del filo	contus filī
Öse	eyelet	œillet	guía de hilo	occhiello	ānsa, -ae f.
Fadenführung	yarn guide	guide-fil	guía de tensión	guidafilo	*filiductus, -ūs m.
Garnhalter	yarn-clip	pince-fil	sujetador del hilo	molletta del filo	*fibicula filī
Stricken	knitting	tricot	tejido de punto	lavoro a maglia	*acutextiō, -ōnis f. [cfr *acutextura: Philippe Michel Raillet, Triumphus Linguae Gallicae, Lugduni 1664, p.172]
Stricknadel	knitting needle	aiguille à tricoter	aguja de punto	ferro de maglia	acus *acutextōria
Kopf	head	tête	cabeza	testa	caput, -itis n.
Schaft	shank	tige	varilla	gambo	scāpus, -ī m.
Spitze	point	pointe	punta	punta	apex, -icis m.
Rundstricknadel	circular needle	aiguille circulaire	aguja circular	ferro circolare	acus circulāris
Maschen- anschlag	cast-on stitches	mailles de montage	puntos de montado	punti avviati	maculae initiālēs
Häkelnadel	crochet hook	crochet	ganchillo	uncinetto	acus uncinātus
Haken	hook	bec	gancho	uncino	uncīnus, -ī m.
flacher Teil	flat part	méplat	parte plana	parte piatta	pars plāna
Strickmaß	knitting measure	jauge à aiguilles	regla para medir puntos	misuratore per ferri	mēnsūra acū texendī
p.458 Strickmuster	stitch patterns	point de tricot	tipos de punto	motivi	specimina *acutextōria
Gerstenkorn- muster	moss stitch	point de riz	punto de arroz	punto riso	maculae oryzāceae
Maschenprobe	sample	échantillon	muestra	campione	specimen maculārum
Perlrippen	rib stitch	point de côtes	punto de respiguilla	maglia a coste	maculae costātae

Glattstrick	stocking stitch	point de Jersey	punto del derecho	maglia diritta	maculae dīrēctae
Wabenstrick	basket stitch	point de damier	punto de malla	scacchi	maculae *fāvāceae [cfr nomen bot. Diatrypella favacea]
Krausstrick	garter stitch	point mousse	punto del revés	maglia rovescia	maculae crispae
Zopfmuster	cable stitch	point de torsades	punto de ochos	treccia	maculae *octoīdeae [cfr med. t.t. fascia *octoidea]
Klöppelspitze	bobbin lace	dentelle aux fuseaux	encaje de bolillos	pizzo al tombolo	denticulus tudiculīs textus [cfr Scheller, Deutsch-lateinisches Lexicon..., 3.ed., Leipzig 1805, col.1671 s.v. Klöppel, „1.z.E. Spitzen, tudiculis texere”]
Klöppelkissen	pillow	carreau	bolillos	tombolo	pulvinus *tudiculātus [cfr nomen zool. Bulimus tudiculatus]
drehbare Walze	revolving cylinder	cylindre rotatif	cilindro de rotación	cilindro rotante	cylindrus rotābilis [2. cfr AUG.de genes. Ad litt.5,23,45; flexus AMM.23,4,2]
Klöppelbrief	pattern	patron	dibujo	motivo	specimen tudiculāre
Kissen	pillow	coussin	cojín	tombolo	pulvīnus, -ī m.
Klöppel	bobbin	fuseau	bolillo	fusello	tudicula textōria
Stop	stop	frein	amarre	dispositivo di arresto	frenum, -ī n.
Klöppel	bobbin	fuseau	bolillo	fusello	tudicula textōria
Kopf	head	tête	cabeza	testa	caput, -itis n.
Hals	spool	bobine	carrete	rocchetto	īnsile, -is n.
Griff	handle	manche	bolillo	manico	manubrium, -īī n.
Stecher	pricker	piquoir	punzón	punteruolo	pūnctōrium, -īī n. [cfr GARG.MART. De arb. Promif. 2§5, p.61]

Proximâ in parte (**VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (X)**) agetur de vocabulis, quae spectant ad artes acupictoriam et textoriam necnon ad artem figlinam.

**Haec vocabula artium fabrilium
excerpsit et in Latinum convertit
Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de>

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hôt tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIS AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mand a-telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI-TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040 4A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoues	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoues	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIVM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3-938905-28-	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90

		9							
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**


**HANC EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM OCTOGESIMAM QUARTAM**



SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT

Die Dominicâ, 16. m.Dec. a.2018

Nicolaus Groß
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.de/>

